



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 18. Imperator redux Basileam proxime præteriens, nec tamen urbem
ingressus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

gæ hac super re conventus celebrabitur. Sæcul. XV.
 Hæc acta sunt in comitiis Francofor- A.C. 1442.
 diensibus.

§. XVIII.

*Imperator redux Basileam proxime
 præteriens, nec tamen urbem
 ingressus.*

Basileenses comperta hac sententia sum- *Acta Patric.*
 mo moerore afficiebantur, spe sua de- *to. 13. Conc.*
 lusi, qua Principes causæ propitios fore, *p. 1603.*
 eorumque consiliis accessuros existima-
 bant. Exinde Imperator suos Basileam
 Legatos decernebat, Sylvestrum Epis-
 copum, Thomam Haselbach, aliosque,
 qui Basileensibus Francofordiensis con-
 ventus decretum referrent. Ipse vero
 reditum maturaturus, itineri sese accin-
 xit, cumque prope Basileam ob via-
 rum opportunitatem transiret, die deci-
 ma quarta Septembris plures Cardinales
 eidem obviam procedentes eum rogarunt,
 ut urbem præsentia sua honorare vellet,
 sed Cæsar repulsa eis data duntaxat po-
 stulavit, ut Legatis a se nominatis
 aures præberent. Hi Basileensibus ex-
 ponebant, Imperatorem in ea esse sen-
 tentia, ut infra annum Generale cele-
 braretur Concilium, & quidem in loco,
 qui tam sibi, quam Imperii Principibus
 commodus, & ad Ecclesiæ negotia ibi-

Sæcul. XV.
A.C. 1442
dem pertractanda, pacemque reddendam opportunus videretur: ad hanc igitur concordiam suis & ipsi suffragiis concurrerent, si tamen in eorum animis vel minimum adhuc studium pacis Christiano Orbi, quem per nefandum schisma dilacerassent, reddendæ vigeret.

§. XIX.

Basileensium consensus de celebranda alia Synodo.

Id. p. 1604. Super hac Imperatoris petitione Basileæ coram Felice diu multumque disceptatum; præfenserant enim Basileenses ingentia prorsus pericula, quæ ex alterius Synodi celebratione ipsis imminerent. Nihilominus post crebras inter se contentiones Principum voluntati obsecundare, & convocandæ Synodo annuere compellebantur. Exinde autem nova identidem inter eos succrevit iurgiorum materies, quænam ratio in Concilio tenenda esset; plures enim satius fore censebant, si hac super re nil certi constitueretur, donec Cæsar Basileam ingressus esset. Fridericus econtra urbem adire constanter recusabat, nisi prius Basileenses disertis verbis promitterent, se alterius Concilii celebrationi consensuros. Insuper Felicis, & Basileensium anxietas plurimum augebatur, eo quod
Imperii